BEDA VENERABILIS
Salzburg, St. Peter, 1. Viertel 9. Jh.
Seite 200
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38278
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

tinentiam ab amore rerum saecularium ut lucernas ardentes habere ut hoc ipsum uero
fine & restantentione faciant. Alter lumbos praecingimus cum carnis luxoriā
per continentiam coartamus. lucernas autem ardentes in manibus tenemus cum per
bona opera proximis nris lucis exempla monstramus redemtori enim nostro unū
sine altero placere nequaquam potest. si aut quis bona agit ad huc luxoriae in qui
namento non deserit aut is qui castitate praecminet nec dum se per bona opera exercet
sed & si utrumque agitur restat ut quisquis ille est spe ad supernam patriam tendat
nequaquam se aut his pro mundi bonis honestate contineat. sit oram spem in redemptoris
sui adventum constituat. unde & protinus subdit.

Et uos similes hominibus expectantibus dnm suum quando reuertatur a nuptiis.

A nuptias quippe dns abiit. quam resurgens amor tuis ascendens in caelum super nam
sibi angelorum multitudinem nouus homo copulauit. qui tunc reuertatur cum nobis
iam per iudicium manifestatur. bene autem de seruis expectantib: subditur.

Et cum uenerit & pulsauerit confestim aperient ei.

Uenit quippe cum iudicium properat. pulsat uero cum iam per egritudinis molestias
esse mortem uicinam designat. cui confestim aperimus si hunc cum amorem suscipi
mus. aperire enim iudici pulsanti non uult qui exire de corpore trepidat. & uidere
eum quem contem sisse sememinit iudicem formidat. qui autem de sua spe & operatione
securus est. pulsanti confestim aperit quam lascus iudicem sustinet & cum tempus pro
pinque mortis agnouerit de gloria retributionis hilarescit. unde & protinus subditur.

t clv
m celxvi

Beati serui illi quos cum uenerit dns inuenerit uigilantes.

Uigilat qui ad aspectum ueri luminis mentis oculos apertos tenet. uigilat qui seruat ope
rando quod credidit. uigilat qui a se corporis & neglegentiae tenebras repellit.
hinc enim paulus dicit. Et uigilate iuste & nolite peccare. hinc rursus ait. hora est
iam nos de somno surgere. sed uenient dns quid uigilantib: seruis exhibeat audiamus.

Amen dico uobis quod praecinxit se & faciet illos discumbere & transiens ministrabit illis.

Praecinxit se. id est ad retributionem praeparauit. faciet illos discumbere. id est in aeter
na quiete refoueri. discumbere quippe nim in regno quiescere est. Unde rursum dns
dicit. Uenient & recumbent cum abraham & isaac & iacob. transiens autem
dns ministrat qui a lucis suae in lustratione nos satiat. transit uero dictum est de iudicio
ad regnum redit uel certe dns nobis post iudicium transit qui ab humanitatis forma
indiuinitatis suae contemplatione nos eleuat. & transire eius est inclaritatis suae spe
culationem nos ducere cum eum in humanitate in iudicio cernimus. & iam indiuinita